

ad diaphragma, non quod vterus eò ascendat, sed per quandam communicationem: vt comprimat membra proxima successiuè usque ad dia phragma. Poteſt etiam hoc contingere propter intemperiem contraētam, vel per effentiam, vel per affluxum materiæ cuiusdam vel corruptæ, vel non corruptæ: quæ ibi putrefacit, & recipiat externas qualitates, & faciat ascendere vapores. Poteſt etiam contingere ex retentione semenis, & hoc est pessimum. Prouenit quoque animi affe ctu: idq; ego ſæpe vidi, cùm aliqua mulier ex ze lotypia viri iraſceretur, & animus valde afficeretur, tūc ſequita illa ſuffocatio. Et ego noui quaf dam mulieres, quæ ita iraſcebantur & afficieban tur à zelotypia, vt ſtatim caderent in hunc morbum, & perpeſſæ ſint ſeu iuifima accidentia. Sed à qua nam ex his cauſis prouenit ægritudo huius Nobilissimæ mulieris: cùm enim tot eſſe poſſint, videndū eſt quām hic proxima ſit cauſa. Quod apud me valde eſt difficile. Nam priuium audio hāc mulierem eſſe diuitem: & charum virum ha bere à quo diligitur. Et ideo non credo quod pro ueniat ex ira aut zelotypia. Nec tamen hoc certum ſtatuo: quia nullus mihi ea de re quidquam retulit. Sed tantum ex communi ratione & con ſectura. Quod non ſit ex retentione semenis patet, quia virū habet iuuenē: niſi aliiquid ſit, quod a neſciamus. Quod non ſit ex humore crudo, vel aduerto, patet ex temperatura, colore & habitu corporis & motu, quia eſt in perpetuo motu. Et licet comedat lactucas, nō poſteſt inde tanta copia humorū generari, cū ventriculus & hepar ſint membra bene coſtituta: neceſſe eſt coctionem primā, ſecundam, & tertiam bene ſe habere, & tot ſigna apparent eius rei. Eſt boni coloris, abundat lani guide, quod oſtendit color in corpore, teste Gale no. Vnde igitur tanta pituita, à qua obſtructio? Si velim dicere eſſe male compositionis vitium, neſcio quām recte faciam: cùm nihil de hoc ad nos ſit ſcriptum, & poſteſt eſſe aliud. Habet autem cor calidum, quia ad iram prompta eſt: & ab hac cauſa ſæpe vidi præfocatas, cùm ſpiritus efferbuerunt, & obtenebrantur, inde ſtatim conciderunt in ſuffocationem, ideo non poſſum bene fundare rationem, quia non bene eam expreſſit, qui ſcri pſit. Sed tamē vt dicā meam ſententiam, credo, ſi que eſt cauſa, eā eſſe multitudinē humorū aggreditorū in venis, non pituitæ ſeu bilis, ſed plethora ram omniū æqualiter, & ideo dico, quod vel hoc ſit ab affectibus, vel à plethora: & poſſunt iuuare cauſæ extrinſecæ, vt animi affectiones, &c. Et quia illa anhelitus difficultas nō durat, ſed eſt in paroxysmo tantum, quando ſensus & motus impeditus: ideo certum eſt vapores ascendere, cùm videlicet ex toto corpore & ambitu venarum ag gregetur materia multa ſanguinea, & deueniat ad vterum, & impleat venas vteri. Non exit inde, ac ſi exit, non tota exit, ſed relinquitur pars: quæ dum moram facit, ibi corrumpitur, ex qua vapores inde ad cor & ſuperiora membra ascendent. Et ita non video aliam rationem, quām plethora ram illam per totum ambitum corporis. Et quād illa plethora deuenit ad locum proprium: licet pars euacuetur, tamen tota euacuari non po

A teſt, ideo putrēſcit. Et ad hoc ordinanda cura, Nam alia cura eſt, quando plethora: alia, quando materia cruda.

*Prognosticū.* Facilē curabitur, ſi tollatur plethora, & caueatur multiplicatio ſanguinis.

Cura eſt, vt reddatur corpus æquale. Primo vi etiū aliquid detrahendū, & vtendum bonis ali mentis. Non ponerem curam in euacuatione, aut miſſione ſanguinis, quia rorolerent potius cor pus, quām tollerent cauſam. Curatio itaque du plex eſt, vna in paroxysmo: tum frictiones, ligatu ræ, & tandem ventosarum applicationes ſub poplitibus & coxendicibus conueniunt. Item miſſio ſanguinis, œneimata, & omnia quæ diuertunt vapores à ſuperioribus ad inferiora. Extra par oxysmu, p præſeruatione teneatur corpus mu dum, ſæpe euacuetur cum hiera & cassia, aut rha barbaro, & in hebdomada ita ſemel aut bis. Hoc enim modo & euacuatio, & diuersio fiet. Et cre derem, quād ex ſolo hoc poſſit conſeruari à pa

B roxysmo: quia in quolibet fluxu quatuor ſunt co ſideranda. Eſt habenda ratio membra mandantis & recipientis, ſed præcipuum eſt, vt tollatur ma teria: ea ſublata tollentur ſymptomata, vt vt ſint diuifa ſtora: quia materia principaliter mandatur: & hæc eſt ſententia Auicennæ. Miſſio qui dem ſanguinis eſt bona: ſed tamen frequēs in eo dem corpore, nō eſt laudabilis. Si autem non ſuf ſicit hæc mundificatio, vti poterimus alijs diuer tēbus: prouocare hæmorrhoides, applicare cau teria in vtroq; crure, quod eſt efficacissimum re mediū, quando materia tendit ad ſuperiora: quia facit diuerſionem continuam. His factis, optimū eſſet confor tamere membra mandatia & recipi entia, vt hepar, quod cauſat ſanguinis multitudinem, refrigerantibus, vt non tanta efficacia ex coqueret, & etiā adureret ſanguinem. Vterer ſac charo rosato, licet ego credam, quād nō eſt admodum opus alterare hepar, poti⁹ alterarē membrū recipiens, & prohiberem ſuperfluitate in ve

C nis. Laudarem igitur maximē pro diuerſione, & diſflatione tertiae concoctionis, vt ſudaret medio criter cum balneis aquarum dulcium, quod eſt optimum pro excremētis in ambitu venarum & corporis: quia diſflantur materiæ, aperiūtur mea tus cutis, ne aggreditur vapores. Utatur igitur frequenter, & poſtea cùm exierit frictur, vt diſflentur melius vapores, & vltimō exiccatur. Cor roboratione neſcio an ſit vtedum: ſi ad eſſet ei imbecillitas, conſulerem. Sed poſteſt fieri ratione ex clementorum, quæ expelluntur, & non ſufficien ter. Si ergo materia educetur, ceſſabit affectus, & erit vterus confor tamatus. Dicat aliquis, menſtrua ſunt ſuppreſſa: Non puto vias anguſtas eſſe, cùm ſit calidi hepatis, poſteſt fieri vt ſint obſtructi mea tus, qui ſanguinis miſſione iterū aperiri poſſunt: ideo ego conſiderē in præſeruatione, bona vičtus ratione, & cōtinua euacuatione, ac diuerſione p cauteria. Frisimelica planē diuerſum ſentiebat. Putabat vtendum vičtu attenuante, carnibus calidis & ſiccis, vt ſunt columbarum cum decocto apij & cinnamomo. Secundō concoquendū attenuantibus, vt decocto Pulegij, Calamenthi, & ſyrupo de Betonica, cum aliqua parte cichorij: